¹ Gesner, the first to describe the Canary-bird, states that Turner informed him of it.

colore etiam immutatur, & quidem in terra Italia per id tempus alio nomine appellatur, apparet non diu, abdit enim sese & latet.

Aristoteles præter unam notam nullam ostendit peculiarem, qua ab alijs auibus luscinia differret, ea autem est quòd linguæ summæ acumine careat. Quamquam & hoc etiam cum atricapilla commune habet. Colore luscinia, & corporis magnitudine auiculam illam proximè refert, quam Angli lingettam, & Germani Graefmufch. passerem gramineum nominant. Passere paulò minor est, & tenuior, & longiori corporis figura, color pectoris ferè cinereus est, cætera subfusca.

DE MERGO.

Αίθνια, mergus, Anglicè a cormorant, German. eyndücher.

ARISTOTELES¹.

Mergus marina auis est, ex piscium uenatu uicētans, subit tamē altiùs in fluuios. Mergus [p. 90] & gauia² faxis maritimis oua bina aut terna pariunt. Sed gauiæ æstate, mergi à bruma, ineunte uere. Incubant more cæterarum auium, sed neutra earum auium conditur.

Mergus, auis est magnitudine ferè anseris pulla, rostro longo & in fine adunco, palmipes est, & corpore graui, forma corporis aui sedenti, erecta est. Plinius in arboribus nidulari scribit, at Aristoteles in faxis maritimis. Quod uterq; aut uidit, aut à referentibus aucupibus didicit, scripto mandauit. Et ego utrumque obseruauit, nam in rupibus marinis iuxta hostiū Tinæ fluuij mergos nidulantes uidi, & in Northfolcia cum

¹ *Hist. An.* Bk I. 6; Bk VIII. 48, freely rendered.

² *Hist. An.* Bk v. 30.

sound. It also changes colour, and during that time is known, at least in the land of Italy, by another name; it is not seen for long, since it conceals itself, and so lies hidden.

Aristotle provides no special mark, save one, by which the *Luscinia* differs from the rest of birds, and that is that it lacks the point at the tip of the tongue. Though even this it has in common with the *Atricapilla*. In colour and in size of body the *Luscinia* comes nearest to that little bird which Englishmen call *Lingett* and the Germans *Grass-Sparrow*. It is a little smaller than a Sparrow and more slender, with a longer shape of body, and the colour of the breast is nearly grey; the other parts are brownish.

OF THE MERGUS.

Αἰθυία, *mergus*, in English a cormorant, in German *eyn ducher*.

ARISTOTLE.

The *Mergus* is a sea-bird, and it lives by hunting fishes, yet it makes its way somewhat far up the rivers. The *Mergus* and the *Gavia* lay two or three eggs each upon rocks in the sea, the *Gaviæ* in summer and the *Mergi* when the spring arrives after the solstice. They incubate like other birds, but neither of these birds conceals itself.

The *Mergus*, a sad-coloured bird, is nearly equal to a Goose in size, with the bill long and hooked at the end; it is web-footed, heavy in the body, and the attitude is upright in the sitting bird. Pliny writes that it nests on trees, but Aristotle says on sea-rocks. What each man saw or learnt from the reports of bird-catchers he has set down in writing. And I have observed both birds myself, for I have seen *Mergi* nesting on sea-cliffs about the mouth of the Tyne river, and on lofty trees in Norfolk with the

ardeis in excelsis arboribus. Qui in rupibus maritimis nidificant, ex præda marina ferè uiuunt, qui uerò in arboribus, amnes, lacus, & fluuios, uictus causa petunt.

DE MEROPE EX ARISTOTELE¹.

Merops.

Sunt, qui meropes genitorum fuorum fenectutem educare confirmant, uicemq; reddi, ut parentes non modò fenescentes, uerùm etiã cùm iam datur facultas, alantur opera liberorum: nec matrem aut patrem exire, sed in cubili manentes, pasci labore eorum, quos ipsi genuerunt, enutrierunt, educarunt. Pennæ huius auis inferiores pallidæ sunt, superiores cœruleæ sunt ut halcyonis: postremæ pinnulæ rubræ habentur. Parit sex aut septem ætate in præcipitijs mollioribus, intrà uel ad quatuor cubita fubiës, terræ etiã cauernas fubiens, cunabula facit.

PLINIUS².

Nec uerò ijs minor solertia, quæ cunabula in terra faciunt, corporis grauitate prohibente sublime petere. Merops uocatur, genitores suos reconditos pascens, pallido intus colore pennarum, superne cyaneo, priori subrutilo. Nidificat in specu, sex pedum defossa altitudine.

Meropem ingenuè fateor me nunquam uidisse, nec quẽquam cõuenisse, qui aliquando uiderit. Tametsi non sum nescius apud Germanos, grammaticos non indoctos, esse, qui grunspæchtum suum, meropem esse doceant: sed Aristotele & Plin. reclamantibus. Picus uiridis nidum

¹ *Hist. An.* Bk IX. 82, freely rendered.

² *Hist. Nat.* Lib. x. cap. xxxiii.

Hérons¹. Such as make their nests on sea-cliffs generally live on prey from the sea, but such as breed on trees seek rivers, lakes, and streams to get their food.

OF THE MEROPS, FROM ARISTOTLE.

There are some who insist that Meropes foster the old age of their parents and thus take their turn, so that the parents not in age alone are nourished by the labour of their offspring, but as soon as power is given to these: that neither does the mother-bird fare forth nor yet the father, but they stay within a resting place and are fed by the aid of those which they themselves have bred, nourished and reared. The plumage of this bird is pale beneath, but blue above like that in Halcyon: the pinnules at the end of the wings are reckoned red. It lays six or seven eggs in summer in the softer banks, and makes its nurseries by boring into these for quite four cubits, and it also uses hollows in the soil.

PLINY.

Nor truly is less skill shewn by those birds which make their nurseries in the soil, since the weight of their bodies hinders them from mounting to a height. The kind called Merops feeds its parents in retreat; the colour of its feathers underneath is pale, the upper surface blue, the former being somewhat red. It breeds within a hole, bored out six feet in depth.

In fairness I admit that I have never seen the Merops, nor have I met anyone who ever saw it. Still I am not unaware that there are not unlearned schoolmasters among the Germans, who would teach us that their grunspecht is the Merops, though against the sense of Aristotle and Pliny.

¹ Compare with this Sir T. Browne's *Notes and Letters on the Natural History of Norfolk* (ed. Southwell) p. 11 (1902).

sibi rostro suo in arboribus facit: ubi enim picus arborem tundēs, illam ex sono subcauam esse depræhendit, instante tempore partus, eam in qua postea nidulaturus est, rostro perforat. Nulla uspiam arbor tam alta est, quam impediēte ulla corporis grauitate, non uolatu traicere possit. Pennæ huius quoque superiores sunt uirides, inferioresq; nisi malè memini, luteæ aut saltem pallidæ sunt. quare quum merops prohibente corporis grauitate, in sublime petere, atq; ideo in arboribus nidulari non possit, & superne colore sit cyaneo, Germanorum picus uiridis, quem Britanni à faciendis foraminibus, huholam nominant, merops Aristotelis & Plinij esse non poterit.

Meropem
non esse
Germano-
rum grun-
spechtum.

DE MERULA.

Κορτυφός¹, merula, Anglicè a blak ofel, a blak byrd, Germanicè eyn merl, aut eyn amsel.

[p. 93]

ARISTOTELES².

Merularum duo sunt genera: alterum nigrum & uulgare: alterum candidum, magnitudine quidem compari, & uoce simili, sed circa Cylenam Arcadię familiare, nec usquã alibi nascens. Est etiam ex hoc genere, quæ similis nigræ est, sed fusca colore, & magnitudine paulò minor, uersari hæc in faxis & tectis solita est, nec rostrum rutilum, ut merula habet. Merula³ etiam & colore, & uoce per tempora immutatur. Nam ex nigra redditur rufa, & uocem emittit diuersam. Strepitat enim per hyemem, quum per æstatem tumultuans cantet.

PLINIUS⁴.

Merula, ex nigra ruffescit, canit æstate,
[p. 94] hyeme balbutit, circa solstitium muta, rostrum

¹ A misprint for κόρτυφος.

² *Hist. An.* Bk IX. 95.

³ *Hist. An.* Bk IX. 254; freely rendered.

⁴ *Hist. Nat.* Lib. x. cap. xxix.

Now the Green Picus makes itself a nest with its own bill in trees: for when a Picus hammering on a tree discovers by the sound that it is hollow at the core, the breeding season being close at hand, it bores that with its bill in which it afterwards intends to nest. There is not anywhere a tree so tall which this bird cannot reach by means of flight, for any weight of body that it has. Its plumage is moreover green above and, if my memory serves me, yellow underneath, or pale at least. Since then the Merops, hindered by its weight of body is incapable of rising to a height, and thus of making nests in trees, and has blue upper parts, the grunspecht of the Germans, which the Britons from the holes it makes call huhol [that is, Hew-hole], cannot be the Merops known to Aristotle and Pliny.

OF THE MERULA.

Κοττυφος, merula, in English a blak osel, a blak byrd, in German eyn merl or eyn amsel.

ARISTOTLE.

Of Merulæ there are two sorts, one black and common, and the other white, of equal size indeed and having a like voice, but which is well-known round Cyllene in Arcadia, and not bred elsewhere. There is of this kind another also, which is like the black, but dull in colour and a little less in size. It usually haunts rocks and roofs, but has not the bill ruddy like the Merula. The Merula in colour and in voice moreover changes with the season, for it turns from black to rufous, and utters a different cry. For it chatters in winter, but sings lustily in summer¹.

PLINY.

From black the Merula turns rufous, in summer it sings, but in winter it babbles, and about the solstice

¹ The readings in Aristotle differ considerably. 'Sings lustily' may go with 'in winter.'

quoque anniculis in ebur transfiguratur, dūtaxat maribus.

DE MILVO SIVE

miluio.

ἰκτινος, *miluus*, *Anglicè*, a *glede*, a *puttok*, a *kyte*, *Germanicè* eyn weye.

PLINIUS¹.

Milui ex accipitrū genere sunt, magnitudine differentes. Iidem uidentur artem gubernandi docuisse, caude flexibus, in cœlo monstrante natura, quod opus effret in profundo. Milui & ipsi hybernis mensibus latent, non tamen ante hirundines abeuntes. Traduntur & solstitijs affici podagra.

ARISTOTELES².

Milui pariunt bina magna ex parte, interdum & terna, totidemque excludunt pullos. Sed [p. 95] qui Aetolius³ nuncupatur, uel quaternos aliquando excludit.

Duo miluorum genera noui, maius & minus: maius colore propemodum ruffo est, apud Anglos frequens, & insigniter rapax. Pueris hoc genus cibum è manibus in urbibus & oppidis eripere solet. Alterum genus est minus, nigrius, & urbes rariùs frequentans. Hoc genus ut in Germania sæpissimè, ita in Anglia nunquam me uidisse recordor.

DE MOLLICIPITE.

Μαλακοκράνευς, *molliceps*, *Anglicè* a *shrike*, a *nyn murder*, *Germanicè* eyn munder.

ARISTOTELES⁴.

Molliceps eodem in loco semper sibi sedem statuit, atque ibidem capitur. Grādi & cartila-

¹ *Hist. Nat.* Lib. x. cap. x.

² *Hist. An.* Bk vi. 38.

³ Other readings are αἰγώλιος and ἐγώλιος.

⁴ *Hist. An.* Bk ix. 98.

it is dumb. In yearlings furthermore the bill puts on a look of ivory, provided they are males.

OF THE MILVUS OR MILVIUS.

Ἰκτινος, milvus, in English a glede, a puttok, a kyte, in German *eyn weye*.

PLINY.

Milvi are of the race of Accipitres, though differing in size. They seem, moreover, to have taught mankind the art of steering, by the turning of the tail, nature thus shewing in the sky what might be useful in the sea. Milvi lie hidden in the winter months, yet not until Hirundines depart. They are reported also to be affected with the gout about the solstice.

ARISTOTLE.

Milvi lay for the most part two eggs each, but sometimes three, and hatch as many young. But that kind which is named *Ætolian* at times lays even four.

I know two sorts of Kites, the greater and the less; the greater is in colour nearly rufous, and in England is abundant and remarkably rapacious. This kind is wont to snatch food out of children's hands, in our cities and towns. The other kind is smaller, blacker, and more rarely haunts cities. This I do not remember to have seen in England, though in Germany most frequently.

OF THE MOLLICEPS.

Μαλακοκρανείς, mollicept, in English a shrike, a nyn murder, in German *eyn nuin mürder*.

ARISTOTLE.

The Mollicept invariably takes its stand in the same place, and thereat it is caught. It has a big

gineo capite est, magnitudine paulò minor quã turdus, ore firmo, paruo, rotũdo, colore totus cinereo depes¹, & pēnis inualens est, capitur maximè noctua.

[p. 96] *Mollicipitem esse arbitror auiculam, quam Germani nuinmurder non sine causa nominant. Porrò ut omnibus perspicuum sit, quænam & qualis illa sit, formam auis & mores quanto licebit compendio perstringam. Magnitudine, minimum turdorum genus æquat, è longinquo contēplanti, tota apparet cinerea. Propius autem insipienti, mentum, pectus & uenter alba apparent, ab utroque oculo ad collum usque, longa & nigra macula, sed nonnihil obliqua porrigitur. Capite tam grandi est, ut aui triplo maiori (modò rostrum longius & maius esset) proportionem suam satis responderet. Rostrum nigro est, & mediocriter breui, & in fine adunco, sed omnium firmissimo & fortissimo est, utpote quo manum semel meam duplici chirotheca munitam, sauciauerit, & auium ossa & capita confringat & conterat quàm ocysimè. Ala utraque nigra tota est, nisi quòd alba linea grandiuscula, mediam utrinque alam transuersim distinguit. Caudam picæ similem habet, lōgiusculam nimirum, & uariam. Tibias & pedes pro ratione corporis omnium minimos, & eos nigros habet. Alas habet breues, & ueluti per saltus sursum atque deorsum uolitat. Viuit ex scarabeis, papilionibus, & grandioribus insectis: sed non solis istis, uerumetiam, more accipitris, auibus. Occidit enim regulos, fringillas, & (quod ego semel uidi) turdos. Tradunt etiam aucupes hanc picas quasdam*

[p. 97] *syluestres interdum iugulare, & cornices in fugam adigere. Aues, quas occidit, non unguibus, ut accipitres, uolando perniciousiter adsequitur, sed ex insidijs adoritur, & mox (quod iam sæpius expertus sum) iugulum petit, & cranium rostro comprimit & confringit. Ossa comminuta & contusa deuorat: & quando esurit, tantos carnis bolos in gulam ingerit, quantos rictus oris angustia potest capere. Præter morem etiam reliquarum auium, quando uberior præda contigit, nonnihil in fu-*

Ossifraga
dici possit,
si eius illi
magnitudo
adeffet.
Nam nec
moribus⁹, nec

¹ ἄπρους. Another reading is εὔπρους.

and gristly head, and is a little smaller than a Thrush in size; the bill is strong but small, and curved; in colour it is wholly grey, while it is weak-footed and feeble on the wing, it is caught chiefly by the Noctua.

The *Molliceps* I think to be that little bird which Germans call *nainmurder*, not without a cause. Further that it may be quite clear to all which and what sort of bird it really is, I will touch on its form and habits as compendiously as may be. In size it equals the least of the Thrushes, and to one observing from afar seems wholly grey. And yet, to one inspecting it more nearly, the chin, the breast and belly appear white, and from each eye there reaches to the neck, although somewhat oblique, a long black patch. It has so big a head that (were the bill longer and larger) it assuredly would answer in proportion for a bird of thrice its size. The bill is black and moderately short, and hooked at the tip, but is the stoutest and strongest of all, so much so that the bird once wounded my hand, although protected by a double glove, and very speedily it crushes and breaks up the bones and skulls of birds. Each wing is wholly black, except that a white line of some size marks transversely the middle of the wing on either side. The tail is like that of a Pie, that is to say, longish and particoloured. Of all it has the shortest legs and feet proportionately to its body, and these parts are black. It has short wings, and flies as if by bounds upwards and downwards. It lives on beetles, butterflies, and biggish insects, and not only these, but also birds after the manner of a Hawk. For it kills *Reguli* and Finches and (as once I saw) Thrushes; and bird-catchers even report that it from time to time slays certain woodland Pies, and can put Crows to flight. It does not seize the birds it kills with its claws, after a swift flight, as Hawks do, but attacks them stealthily and soon (as I have often had experience) aims at the throat and with its beak squeezes and breaks the skull. Then it devours the crushed and bruised bones, and when anhungered crams into its gullet lumps of flesh as big as the gape's narrowness can take. Again, beyond the habit of the rest of birds, when prey happens to be more plentiful, it lays by some for future scarcity.

colore ab ea
multum
abludit.

turam penuriã reponit. Muscas enim grandiores & insecta iam capta in aculeis & spinis arborum figit & suspendit: omnium avium facillimè cicuratur, & mansuefacta, carnibus alitur, quæ si fuerint fictiores, aut prorsus exangues, potum requirit. In Anglia sæpius quàm bis nunquam vidi, in Germania sæpissimè. Nomen huius apud nostros neminem inueni, qui nouerit, præter Dominum Franciscum Louellum, tam animi quàm corporis dotibus equitem auratum nobilissimum. Iam si cui mollicipitis Aristotelis descriptio huic non uideatur per omnia conuenire, tyrannorum albo adscribat, aut auem ostendat, cui descriptio meliùs competat.

DE NOCTVA.

Γλαύξ, *noctua*, Anglicè *an ouul*, or *an houulet*, [p. 98] Germanicè *eyn eul* & *eyn ðle* Saxonice.

ARISTOTELES¹.

Noctuæ, cicuniæ², & reliqua, quæ interdiu nequeunt cernere, noctu uenando cibum sibi adquireunt: uerum non tota nocte id faciunt, sed tempore uespertino et matutino. Venantur autem mures, lacertas, uerticillos, & eiusmodi bestiolas. Noctuam³ cæteræ omnes aues circumuolant, quod mirari uocatur, aduolantesque percutiunt⁴. Qua propter aucupes ea constituta, auicularum genera multa & uaria capiunt.

DE OLORE.

Κυκνὸς, *olor*, Anglicè *a fuan*, Germanicè *eyn fwan*.

ARISTOTELES⁵.

Olor.

Olores palmides⁶ sunt, apud lacus & paludes uiuentes, qui nec probitate uictus, morum, pro- [p. 99] lis, fenectutis uacant⁷. Aquilam si pugnam

¹ *Hist. An.* Bk IX. 122.

² Apparently a misprint for *cicumæ*, said to mean 'horned owls.' Aristotle has *νυκτικόρακες* which he identifies in Bk VIII. 84 with *ὄτροί*.

³ *Hist. An.* Bk IX. 11.

⁴ Aristotle has *τίλλουσι* = pluck it.

⁵ *Hist. An.* Bk IX. 78.

⁶ That is, palmipedes.

⁷ Aristotle has *εὐβίοτοι δὲ καὶ εὐήθεις καὶ εὐτεκνοὶ καὶ εὐγηροί*.

For it impales and hangs the bigger flies and insects on the thorns and spines of shrubs, so soon as they are caught: of all birds it is tamed most easily, and when accustomed to the hand is fed on meat, and, should this happen to be somewhat dry or altogether bloodless, it requires drink. In England I have never seen it oftener than twice, although most frequently in Germany. Among our people I have found no one who knew its name, except Sir Francis Lovell, that most noble knight, endowed with equal gifts of mind and body. Now if Aristotle's description of the *Molliceps* does not appear to any one in all points to agree with this let him ascribe it to the list of the *Tyranni*, or shew us a bird, which the description fits better than this.

OF THE NOCTUA.

Γλαύξ, *noctua*, in English an owl or an howlet, in German *eyn eul*, and in Saxon *eyn ûle*.

ARISTOTLE.

The *Noctuæ*, *Cicumæ* and the rest, which cannot see by day, obtain their food by seeking it at night: and yet they do not do this all night long, only at eventide and dawn. They hunt moreover mice, lizards, and scorpions, and small beasts of the like kind. All other birds flock round the *Noctua*, or, as men say "admire," and flying at it buffet it. Wherefore this being its nature¹, fowlers catch with it many and different kinds of little birds.

OF THE OLOR.

Κύκνος, *olor*, in English a swan, in German *eyn swän*.

ARISTOTLE.

Olores are web-footed, and they live on lakes and marshes; they get food with ease, are peaceable, prolific and attain to a great age. They repulse the

¹ Or, possibly, 'the bird being set down on the ground.'

cœperit, repugnantes uincunt. Ipsi tamen nunquam, nisi prouocati, pugnam inferunt. Canere foliti sunt, & iamiam morituri. Volant etiam in pelagus longius, & iam quidam cùm in mari Africo nauigarunt, multos canentes uoce flebili & mori nonnullos conspexêre.

Si quis olorem nunquam uiderit, & ex hac Aristotelis descriptione non satis qualis sit auis didicerit, sciat auem esse albam, ansere multò maiorem, forma tamen & uictu similem, pedibus nigris, & rostro parùm turbinate, colore rutilo, in cuius summa parte, qua capiti committitur, nigerrimum tuberculum, atque id rotundum, & in rostrum sese inflectens, existit.

DE ONOCRATALO.

Onocrotalus. *Sunt hodie non parùm multi eruditione inter omnes conspicui, qui grandisonam illam lacustrem auem, Anglis buttoram & Germanis pittourum, & rosdommam uocatam, Onocrotalum esse contendunt. Quorùm* [p. 100] *ego sententiæ lubens subscriberem, (pulchrè enim cum uoce auis nominis etymologia conuenit:) nisi Plinij autoritas de onocrotalo ad hunc modum scribentis, non dissuaderet. Onocrotali, inquit, olorum similitudinem habent, nec distare uidentur omnino, nisi faucibus ipsis ineffet, alterius uteri genus. huc omnia inexplabile animal congerit, mira ut sit capacitas, mox perfecta rapina, sensim inde in os reddita, in ueram aluum ruminantis modo refert. Gallia hos septentrionalis, proximè¹ oceano mittit. Hæc Plinius².*

¹ This should apparently be 'proxima,' as some texts have it.

² *Hist. Nat. Lib. x. cap. xlvii.*

Aquila successfully, should he begin a fight; and yet, unless provoked, never induce the fight. These birds are wont to sing even when just about to die. They also fly afar over the main, and men ere now, who have been sailing on the African sea have met with many singing mournfully and seen some of them die.

Should any one have never seen a Swan, nor learnt sufficiently what sort of bird it be from this account of Aristotle, let him know that it is a white bird, much bigger than a Goose, though like in form and feeding; with black feet, and a bill hardly spindle-shaped¹, reddish in colour; on the highest part of which, where it adjoins the head, stands forth a very black and rounded knob, sloping towards the bill.

OF THE ONOCROTALUS.

There are many to-day conspicuous among all for learning to no small degree who maintain that the loud-sounding lacustrine bird, called Buttor by the English, and Pittour or Rosdomm by the Germans, is the Onocrotalus. To whose opinion I would willingly subscribe, (the more so as the etymology of the bird's name agrees well with its voice,) did not the authority of Pliny writing of the Onocrotalus after this manner dissuade me therefrom.

The Onocrotali, he says, have a similitude to the Olores, and they do not seem to differ in any way, save that there is a kind of second belly in the very jaws. Herein the insatiable animal crams everything at once, so marvellous is its capacity, and presently, the plundering complete, it gradually returns all to the mouth, and thence transfers it to the real belly in the manner of a ruminant. Northern Gaul, where nearest to the ocean, sends us these. So far Pliny.

¹ This passage is not easily rendered, as it is difficult to see what Turner intended by 'turbinato.' Turbo is a conical shell, spindle and so forth; but it is hard to say how a Swan's beak could be considered either conical or spindle-shaped.

Nunc paucis auem illam uobis depingam, quã onocrotalum esse affeuerant. Auis est tota corporis figura Ardeæ similis. longis cruribus, sed ardeæ breuioribus. longo collo, & mirè plumoso, & rostro nec breui nec obtuso. caput pennæ tegunt nigerrimæ. reliquum uerò corpus, fuscæ & pallidæ maculis nigris densissimè respersæ. Pedes habet longissimos, nam inter extremos ungues medij digiti pedis unius & calcis eiusdem, [p. 101] spithames longitudo intercedit. Vngues habet longissimos, nam ille, qui calcis uicem in auibus gerit, longitudine sesquiunciam superat. quare ad fricandos dentes nostrates utuntur, & argento inserunt. Medius digitus utriusque pedis, qui cæteris longior est, unguem habet portentosum, nempe dentatum & ferratum, non secus atque peñuncolorum testæ ferratæ sunt, ad lubricas anguillas, quas cæpit¹, retinendas, à natura proculdubio ordinatum. Cauda illi breuissima est, et stomachus capacissimus, quo ingluuiei loco utitur. Venter non cæterarum auium uentriculis, sed canino similem habet, & eum grandem & capacem.

Sed ne cui falsa esse uideantur, quæ de hac aue iam scripsi, aut ex aliorum relatu potiùs quàm certa experientia didicisse uidear: dum prima huius libri folia adhuc sub prælo essent, auem mihi hanc contemplanti, secantiq̃, & nū tales haberet uentriculum & stomachum, quales Plinius illi tribuit, inuestiganti: aderant uir eruditissimus, & abstrusorum naturæ arcanorum studiosissimus inuestigator Ioannes Echthius, Medicus apud Colonienses celeberrimus: Cornelius Sittardus, Medicinæ prima laurea decoratus. M. Lubertus Estius, artium liberalium professor, ambo simplicium medicamentorum pulchrè gnari, & ad miraculum usque studiosi: & Conradus Embecanus uir non uulgariter doctus, [p. 102] et Gymnicæ officinæ castigator insigniter diligens, cum alijs aliquot bonarum artium studiosis, qui me nihil de hac aue hîc scripsisse testari possunt & uolunt, quod cum illis omnibus non uiderim. Ad ripas lacuum & paludium desidet, ubi rostrum in aquas in-

¹ A misprint for 'cepit.'

Now in a few words I will portray to you that bird which they assert to be the *Onocrotalus*. In general make of body it is like the Heron, with long legs, though shorter than that bird's. The neck is long and marvellously thick with plumes, the beak is neither short nor blunt. Very black feathers clothe the head, but on the body generally they are dusky and pale, and most thickly sprinkled with black spots. It has very long feet, indeed there is a span's length from the claw-tips of the middle toe of either foot to the heel of the same. It has very long claws, for that which serves in birds the purpose of a heel exceeds an inch and a half in length, on which account our countrymen use it to pick their teeth, and mount it in silver. The middle toe of either foot, which is longer than the rest, has a prodigious claw, that is to say, toothed and serrated, not unlike the shells of little scallops are, doubtless contrived by nature to retain the slippery eels, which the bird catches. The tail is very short, the gullet most capacious, and it uses it in the place of a crop. It has a belly not like that of other birds, but like that of a dog; it also is large and capacious. But lest what I have written thus far of this bird seem false to anyone, or lest I seem to have learnt the above from the reports of others rather than from sure experience: while the first pages of this book were still at press, and while I was examining the bird and was dissecting it, and taking note whether it really had a belly and a stomach such as Pliny had assigned to it, there were assisting me Joannes Echthius, a very learned man and a most zealous student of the more abstruse secrets of nature, a physician much renowned among the men of Cullen: Cornelius Sittardus decorated with the highest laurel-wreath of Medicine: Marcus Lubertus Estius, professor of the liberal arts, both excellently skilled in that of simpling, and wonderfully earnest, and as well as these Conradus Embecanus, a man well-informed in no common degree, and a remarkably careful corrector in the printing-house of Gymnicus, with certain others versed in learned arts, who can and will bear witness to the fact that I have written nothing here about this bird which I have not observed in company with all of them. It sits about the sides of lakes and marshes, where putting

serens, tantos édit bombos, ut ad miliarium Italicum facîle possit audiri. Pisces & præsertim anguillas uorat auidissimè, nec ulla auis est, excepto mergo, quæ ista uoracior est. Nunc quid simile habet ista cygno? Nihil planè, quod se oculis conspiciendum offerat. Et Moyses Leuit. undecimo capite, proximè cygnum inter immundas aues onocrotalum recenset. Vnde non immeritò suspicio quibusdam orta est in Gallia, aut Iudæa auem forma olori similem alicubi posse reperiri. Quòd si nusquam talis inueniatur: probabile est, aut Plin. à mendacibus relatoribus suis esse falsum, aut ea, quæ de similitudine inter onocrotalum & cygnū tradidit, non de corporis sed uocis similitudine intellexisse. Nam & olores interdum bombos emittunt ruditui asinino non dissimiles: sed breues, & quæ longè audiri non possunt. Verùm si hanc meam interpretationē uariæ, reconditæq; eruditionis uiri, suis suffragijs minimè approbauerint,

[p. 103] *hanc saltem Aristotelis ardeam stellarem esse mecum consentient. Nam præter cætera, quæ superiùs attigi, Aristoteles in fabula fuisse ostendens, ardeam stellarem ex seruo auem fuisse factam, opinioni meæ multum patrociniatur. Vt fugitiuorum enim seruorū post fugam depræhensorum, cutis, loris, flagris, uirgis, & scorpionibus icta, uerberum uibicibus, tota maculosa redditur: ita huius auis plumæ nigris ubique maculis, sed potissimùm in tergo, distinctæ & ueluti picturatæ, serui flagris cæsi cutem proximè referūt. Quam rem fabulæ occasionem dedisse ex hoc colligo, quòd fabularum uariarum autor Aristophanes¹, de attagene aue, quod ad plumarum colores attinet, huic similima, ad hunc modum scribat:*

*Si quis ex uobis erit fugitiuus atq; uistis notis,
Attagen is sanè apud nos uarius appellabitur.*

DE ORTYGOMETRA EX ARISTOTELE².

Ortygometra, id est, coturnicū matrix, auis est forma perinde ac lacustres. Cruribus ideo

¹ See p. 36.

² *Hist. An.* Bk VIII. 83, freely rendered, and interpolated.

Onocrotalum quibusdam hodie dictū, ardeam, esse stellarem apud Aristotelem.

its beak into the water it gives utterance to such a booming as may easily be heard an Italian mile away. It gorges fishes and especially eels most greedily, nor is there any bird, except the Mergus, that devours more. Now what resemblance has it to a Swan? Distinctly none that brings itself in view before our eyes. Now in the eleventh chapter of Leviticus Moses enumerates the *Onocrotalus* next to the Swan among the unclean birds. And a suspicion has arisen thence, not undeservedly, within a certain class, that somewhere within Gaul or Judæa a bird of Swan-like form may possibly exist. If such, however, nowhere can be found, it seems likely that Pliny either was deceived by lying story-tellers or he understood that which he has related of the similarity between the *Onocrotalus* and *Cygnus* to refer to a resemblance not of body, but of voice. For even Swans utter at certain times booms not unlike the braying of an ass: but short, and which cannot be heard afar. However if men of deep and varied learning by their votes shall not approve this rendering of mine, at least they will agree with me that the said bird is Aristotle's *Ardea Stellaris*. For to omit the rest, which I have touched upon above, that author certainly gives countenance to my opinion when he shews a tale to have existed that the *Ardea Stellaris* from a slave was turned into a bird. For as the skin of an absconding slave, caught subsequent to flight, stricken with thongs, whips, rods and knotted ropes, becomes all mottled with the wales of stripes, so too the feathers of this bird are marked, and painted as it were, with mottlings of black in every part, though chiefly on the back, and thus may well recall to us the skin of slaves cut up with whips. And that this thing gave rise to the aforesaid tale, I gather from the fact that Aristophanes, author of various plays, writes of the *Attagen*, a bird very like ours so far as colour of the feathers goes, to this effect:—

“If any of you be a runaway, and branded with the marks, with us assuredly he shall be called the spotted *Attagen*.”

OF THE ORTYGOMETRA FROM ARISTOTLE.

The *Ortygometra*, that is, dam of the *Coturnices*, in form is much like marsh-birds. Certain birds are

longis aues quædam innituntur, quòd earum uita fit palustris.

[p. 104] *Ortygometram aliqui eandem esse auem cum crece et cychramo uolunt. Sed Aristoteles, peculiare caput creci donauit, et octauo libro historicæ animalium, cychramum a matrice, quam ortygometram uocat, his uerbis distinguit. Coturnices (inquit) cùm hæc adeunt loca, sine ducibus pergunt: at cùm hinc abeunt, ducibus lingulaca, oto, & matrice, proficiscuntur, atque etiam cychramo, à quo etiam reuocãtur noctu, cuius uocẽ cùm fenserint aucupes, intelligunt parari discessum. Hæc ille.*

Fieri igitur non potest, ut matrix & cychramus eadem auis sit. Aliqui ortygometram esse uolunt Germanorum scricam, & Anglorum daker hennam, quorum ego sententiæ accederem, si crecem eandem cum ista, euincerent.

DE OSSIFRAGA.

ARISTOTELES¹.

Offifragæ magnitudo maior est quàm aquilæ, color ex cinere² albicans. Probè³ & fœtificat, & [p. 105] uiuit, cœnæ gerula & benigna est. Nutricat enim bene, & suos pullos & aquilæ. Cùm enim illa suos nido eiecerit, hæc recipit eos, ac educat.

PLINIUS⁴.

Quidam adiiciunt genus aquilæ, quam barbatam uocãt Thufci offifragam.

¹ *Hist. An.* Bk VIII. 39.

² Apparently a misprint for 'cinereo.'

³ *Hist. An.* Bk IX. 123.

⁴ *Hist. Nat.* Lib. x. cap. iii.

perched upon long legs because their life is passed in marshes.

Some will have Ortygometra to be the same as *Crex* and *Cychramus*. But Aristotle has attributed a peculiar sort of head to *Crex*, and in the eighth book of his *History of Animals* distinguishes his *Cychramus* from *Matrix*, which he calls *Ortygometra*, in the following words:—

Coturnices (he says) when they come to these places travel without guides: but when they go away set out with the *Lingulaca*, the *Otus*, and the *Matrix* as their guides, and also with the *Cychramus*, by which they are moreover summoned back at night. And when the fowlers have heard its cry, they know the birds' departure is at hand.

Thus he writes.

Therefore it is impossible that the *Matrix* and the *Cychramus* should be the same. Others will have the *Ortygometra* to be the *Scrica* of the Germans and the *Daker Hen* of the English, and I should accede to their opinion, if they could but prove the *Crex* to be the same as this.

OF THE OSSIFRAGA.

ARISTOTLE

In size the *Ossifrage* is greater than the *Aquila*, its colour whitish grey¹. Both in breeding it is comely and in way of life, it brings food home and is kindly. For it rears its own young with care, besides those of the *Aquila*. For when the latter has cast its progeny out of the nest, the former takes them to itself, and brings them up.

PLINY.

Some there are who add that kind of *Aquila*, which the Tuscans call a bearded *Ossifrage*².

¹ See p. 36.

² Possibly Pliny means the *Lämmergeier* (*Gypaëtus barbatus*).

DE OTO.

ὠτός, otus, *Anglicè a horn owl, Germanicè eyn rausfeul / oder eyn schleiter eul.*

ARISTOTELES¹.

Otus noctuæ similis est, pinnulis circiter aures eminentibus, præditus, unde nomen accepit, quasi auritum dixeris. Nonnulli ululam eū appellant, alij asionem². Blatero hic est & hallucinator, & planipes: faltantes enim imitatur. Capitur intentus in altero aucupes³, altero circumeunte.

[p. 106]

DE OTIDE EX PLINIO⁴.

Tetraonibus proximæ sunt, quas Hispania aues tardas appellat, Græcia otidas, damnatas in cibis. Emissa enim ossibus medulla, odoris tædium extemplò sequitur.

DE PARIS.

ἀγριθαλός, parus, *Anglicè a tit mouse, German. eyn meyse.*

ARISTOTELES⁵.

Parorum tria sunt genera: fringillago, quæ maior est, quippe quæ fringillam æquet. Alter monticola cognomine est: quoniam in montibus degat, cui cauda longior. Tertius magnitudine sui exigui corporis discrepat, quanquam cætera similis est. parus⁶ plura oua parit.

Fringillago.

Primum parū, Angli uocant the great titmouse or the great oxei, Germani eyn fölmeyse.

Parus medius.

Parum secundum, Angli the less titmouse nominant. Germanici eyn meelmeyse.

¹ *Hist. An.* Bk VIII. 84. very freely rendered.

² Aristotle has 'νυκτικώρακα,' instead of 'ululam' and 'asionem.'

³ A misprint for 'aucupe.'

⁴ *Hist. Nat.* Lib. x. cap. xxii.

⁵ *Hist. An.* Bk VIII. 40.

⁶ *Hist. An.* Bk IX. 88.

OF THE OTUS.

ὠτός, otus, in English a horn owl, in German *eyn ranseul* or *eyn schleier eul*.

ARISTOTLE.

The Otus is like a *Noctua*, furnished with little tufts sticking out near the ears, whence it has got its name, as though one should say "eared." Some call it *Ulula*, and others *Asio*. It is a babbler and a mischievous rogue, and is a mimic too, for when men dance it imitates their ways. It is caught while intent upon one of two bird-catchers, the other circumventing it.

OF THE OTIS FROM PLINY.

Next to the *Tetraones* come those birds, which Spain calls "*Aves tardæ*" and Greece "*Otides*," condemned as food for man. For when the marrow issues from the bones, disgust at the smell follows there and then.

OF THE PARI.

αἰγίθαλος, parus, in English a titmouse, in German *eyn meyse*.

ARISTOTLE.

There are three kinds of *Pari*: *Fringillago* bigger than the rest, for it is equal to a *Fringilla*. The next *Monticola* by name, for it inhabits mountains, has a longer tail. The third kind differs in the size of its small body, though not otherwise unlike the rest. *Parus* lays many eggs,

The first *Parus* the English call the Great Titmouse or Great Oxeye, the Germans *eyn kölmeyse*.

The second *Parus* the English name the Less Titmouse, the Germans *eyn meelmeyse*.

[p. 107]
Parus mi-
nimus.

Parum tertium, Angli nonnam à similitudine quam cum uelata monacha habet, nominant.

Nidulantur pari in cauis arboribus, uescuntur non solum uermibus, sed & canabino semine, & nucibus, quas rostris suis acutioribus solent perforare, & nucleos eruere. Sæuo duo priora genera multum delectantur. Parus maximus ineunte statim uere cantiunculam quandam breuem, nec admodum iucundam exercet, aliàs mutus, huic pectus luteum est, interkursante linea nigra maiuscula. Cæterorum corpora albo, nigro, pallido, & cyaneo coloribus distinguuntur.

DE PARDALO.

Pardalus, Angl. (ut creditur) a plauer, Germa. eyn pŭluer.

ARISTOTELES¹.

Pardalus etiam auicula quædam perhibetur, quæ magna ex parte gregatim uolat, nec singularè hanc uideris, colore tota cinereo est, magnitudine proxima mollicipiti² est: sed pennis & pedibus bonis, uocem frequentem nec grauem emittit.

[p. 108] *Si auis illa pardalus sit. quam esse suspicor, celerimè currit, & sibilum, quem pastores & aurigarum pueri labijs porrectis edunt, uoce imitatur. Pennas habet ad cinereum colorem proximè uergentes, quarum singulæ singulis flauis maculis sunt respersæ, & ea auicula, quam mollicipitè esse conijcio, multò maior est. Fieri potest, ut eius auis plures sint species.*

DE PASSERIBVS.

στρούθος, passer, Angli. a sparrouu, German. eyn müſche oder eyn ſpäß. Quidam eyn lüningf, Saxones eyn ſperlingf uocant.

Passer, authore Aristotele³, puluerat & lauat, et auis est omnium salacissima. Et quanquam Aristoteles unum tantum passerum genus fecerit, tria tamè genera esse constat, quæ nunquam nouit, & quæ recentiores

¹ *Hist. An.* Bk IX. 99.

² Aristotle has *έκείνους*, referring to the *χλωρίων* and the *μαλακοκρανέυς*.

³ *Hist. An.* Bk IX. 260, Bk V. 8.

The third Parus the English name the Nun from the resemblance that it bears to a veiled sister.

The Pari nest in hollow trees, they feed not only on worms, but on hempseed and nuts, which they are wont to bore with their sharp-pointed beaks, and thence extract the kernels. The two former kinds are very fond of suet. The Greatest Parus, when the spring arrives, at once utters a sort of little song, short and not very pleasing, it is dumb at other times; its breast is yellow with a somewhat big black line running along the middle. Of the other kinds the bodies are diversified by white, black, grey, and blue.

OF THE PARDALUS.

Pardalus, in English (as is believed) a pluver, in German eyn pulver.

ARISTOTLE.

The Pardalus again is held to be a certain little bird, which for the most part flies about in flocks, and cannot be seen solitary; it is wholly grey in colour, and in size comes nearest to the Mollicept: but it has strong wings and feet, and utters a frequent but not deep-toned cry.

If that bird be the Pardalus which I suspect, it runs very swiftly, and by its cry mimics the whistle which shepherds and post-boys make with pouting lips. It has the feathers almost ash-colour, each sprinkled with one yellow spot, and is much bigger than the little bird which I suppose to be the Mollicept. It well may be that there are several kinds of this bird.

OF THE PASSERES.

στρουθός, passer, in English a sparrow, in German eyn müsche or eyn spätz. Some call it eyn lüningk, the Saxons eyn sperlingk.

The Passer, Aristotle says, both dusts itself and washes, and is of all birds most wanton. And though Aristotle has made only one kind of Passeres, yet it is clear that there are three kinds, which he never knew; but which the later

Passer torquatus.

Græci inuenerunt. Primum horum trium est passer torquatus, à communi passere, nō solū torque albo, sed & uoce, & modo nidificandi differēs. Hoc genus in Germania frequens est, sed apud Anglos rarum. Secundus passer magnus Auctuario dicitur, & in summis arborum ramis plerumque solet sedere. hunc uarijs de causis Anglorum buntingam, & Germanorum Gersthammeram esse suspicor. Tertius passer Aristoteli incognitus, est passer troglodites, apud Paulum Aeginetam, & Aetium celeberrimos medicos, multum celebratus. Qualis autem illa auis sit, ex Paulo & Aetio, quorum descriptiones mox subijciam, omnibus faciliè patebit.

Passer magnus.
Huic mollicipitis apud

[p. 109] Aristotelem descriptio magna ex parte conuenit.
Passer troglodites.

PAULUS AEGINETA DE PASSERE
TROGLODITE.

His accedit laudatissimum remedium troglodites. est autem passerculus omnium auium minima, ea sola excepta, quæ regulus appellatur, hoc enim solo paulò maior est, eiq; similis: colore inter cinerium & uiride, tenui rostro, in muris maximè & in sepibus degens.

AETIUS.

Troglodites est passerculus minimus, iuxta sepes & muros uictum quæritans. Estq; hoc animalculum omnium auicularum minimum, ex [p. 110] cepta ea, quæ regulus appellatur, similis autem regulo in multis, præterquam quòd in fronte auricolores pennas non habet. Est autè troglodites passer regulo paulò maior & nigrior, caudamq; semper subrectam, & albo colore retrò interpunctam habet. Magis item garrulus

Greeks discovered. First of these three is *Passer torquatus*, differing from the common *Passer* not alone in its white collar, but also its note and mode of nesting. This kind is plentiful in Germany, but rare among the English. The second *Passer* is called in the Supplement¹ the Great, and for the most part it is wont to sit on the top boughs of trees. For several reasons I consider this to be the Bunting of the English and the Gersthammer of Germans. The third *Passer*, unknown to Aristotle, is the *Passer troglodytes*, fully recognised by Paulus Ægineta and Aëtius, doctors of great renown. And so what sort of bird it is will easily be seen by everyone from Paulus and Aëtius, and their descriptions I will forthwith add.

PAULUS ÆGINETA² OF THE PASSER TROGLODYTES.

There is a remedy most highly prized besides these, namely *Troglodytes*: this is nothing but a little Sparrow, the least of all birds, with the exception only of that kind which is called *Regulus*. It is a little bigger than that bird alone, and similar to it: in colour between grey and green, and with a slender bill. It lives chiefly in walls and hedges.

AËTIUS³.

The *Troglodytes* is the very least of Sparrows, seeking for its food near hedges and near walls. This little animal moreover is the smallest of all little birds, except that which is called *Regulus*, while it is like the *Regulus* in many ways, save that it has not golden-coloured feathers on the forehead. The *Passer troglodytes* is a little larger and blacker than the *Regulus*; it always has its tail cocked up, which is spotted behind with white. Likewise it is more noisy than the

¹ It seems impossible to ascertain what this Auctuarium was.

² A medical writer of Ægina, whose chief work was *De Re Medica Libri Septem*.

³ A Greek medical writer of Amida in Mesopotamia who wrote Βιβλία Ἰατρικὰ Ἐκκαίδεκα.

quàm regulus est, & fanè iuxta summum alæ lineamentum cinerij amplius coloris. Breues item facit uolatus, naturalem autem uim omnino admiratione dignam habet.

Nihil est in hac descriptione, quod non ad amussim auiculæ conueniat, quam Angli passerem sepiarium, Colonienses aucupes koelmusshum nominant. Sed quoniam tam in Germania quàm in Anglia uarijs nominibus appellatur, & non omnes eum ex uno nomine agnoscunt, omnia eius, quæ noui nomina, ut omnibus innotescat, subiiciam.

Vocatur apud Anglos an hedge sparrow, hoc est passer sepiarius, & a dike smouler, hoc est, in sepibus [p. 111] *delitescens. Vulgus Coloniense hunc passerem eyn gras-musch appellat. uerū peritiores quiq; aucupes eyn koelmusch, hoc est, passerem in foraminibus & cauernis degentem, nuncupant. Hic Germanos monitos uolo, quū duæ sint aues, grasnusch, sua lingua uocatæ, illā solā esse trogloditen, quæ per totum annum regulo similis cernitur, & non illam, quæ circa fauces plumosa¹ ineunte statim hyeme discedit. Nidum huius passeris semel humi factum inter urticas uidi, & pullos antequam uolare possunt, relicto nido, inter herbas fruticesq; reptitantes, sepius obseruari: uermibus pascitur, & paulò ante uesperum solet impensius strepere, & omnium ferè auium postrema dormitum petit.*

DE PAVONE.

Ταῶν, pavo, Anglicè a peacock, Germanicè eyn pffaw. Saxonice eyn pagelûn.

PLINIUS².

Pavo gemmantes laudatus expandit colores, aduerso maximè sole, quia sic fulgentius radiant, simul umbræ quosdam repercussus cæteris, quæ [p. 112] *in opaco clariùs micat, conchata quærit cauda, omnesq; in aceruum contrahit pënarum, quos*

¹ This is probably a misprint for some other word.

² *Hist. Nat.* Lib. x. cap. xx.

Regulus, and certainly towards the upper border of the wing the colour is more nearly grey. And though it takes short flights, its natural energy is worthy of all admiration.

In this description there is nothing that does not agree exactly with the little bird, which Englishmen name *Passer sepiarius*, the bird-catchers of Cullen the koelmusch. But inasmuch as both in Germany and England it is called by various names, and all men do not recognise it by the same, I will subjoin those of its appellations which I know, that so it may be known to all.

By the English it is called a Hedge-Sparrow, which is the same as *Passer sepiarius*, and also a Dike Smouler, one, that is, hiding itself in hedges. The common people of Cullen call it *eyn grassmusch*, but those who know better and fowlers name it *eyn koelmusch*, that is, a Sparrow dwelling within holes and caverns. Now here I wish the Germans to be warned, that since there are two birds called *grasmusch* in their tongue, the Troglodytes is that kind alone which throughout the year is noticed to be like the *Regulus* and not that which is feathered round the jaws, and goes away so soon as winter comes. Of this *Passer* I once met with a nest built on the ground among nettles and I have often seen young having left the nest before that they could fly, creeping among the grass and shrubs. It feeds on worms, and it is wont a little before evening to cry out with not a little vehemence; it goes to roost almost the last of all the birds.

OF THE PAVO.

Tαών, pavo, in English a pecok, in German *eyn pffaw*, in Saxon *eyn pagelün*.

PLINY.

The Peacock is admired for setting forth his jewelled colours, generally counter to the sun, since thus they shine the brighter, while with concave tail he gains certain reflexions of the shade for other feathers which shine brighter in the dark, and at the same

ſpectare¹ gaudet oculos. Idem cauda annuis uicibus amiſſa cum folijs arborum, donec renafcatur iterum cum flore: pudibundus ac mœrens quærit latebram. Viuit annis uiginti quinque. Colores incipit fundere in trimatu. Ab autoribus traditur non tantùm glorioſum animal, fed maleuolum, ficut anſer uerecundum. Pauones in capitibus ſuis ueluti crinitã habent arbuſculã.

DE PERDICE.

Πέρδιξ, *perdix*, *Anglicè a pertrige*, *Germanicè* ενν velt hõn/ ader ενν τaphõn.

ARISTOTELES².

Perdix auis eſt pulueratrix, & non altiuola, & eadem non in nido fed in condenſo frutice [p. 113] aut ſegete prolem ſuam munit. Aues enim grauioreſ nidoſ ſibi non faciunt, ut coturniceſ & perdiceſ, & reliquæ generiſ eiufdem. Quibus enim uolandi facultas deeſt, iſ nidoſ non prodeſt: fed facta in aprico³, area, (alibi enim nuſquam pariunt) atque materia ut uepribuſ⁴ quibuſdam congeſtiſ, quoad accipitrum & aquilarum iniuriam deuitare poſſint. Oua edunt, & incubant, mox cùm excluſerint, protinuſ pulloſ educunt. propterea quòd nequeunt ſuo uolatu iſ cibum adminiſtrare. Refouent pulloſ ſuoſ ſub ſe, ipſæ ducendo more gallinarum, & coturniceſ & perdiceſ. Nec eodem loco pariūt & incubāt, ne quiſ locum percipiat, longioriſ temporis mora.

¹ A miſprint for 'ſpectari.'

² *Hist. An.* Bk 1x. 260, 59—61.

³ There iſ a reading λείω beſideſ ἡλίω.

⁴ Aristotle haſ ἀκανθάν τινα καὶ ὕλην, ſo no doubt 'ut' iſ a miſprint for 'et.' Gaza haſ 'ut.'

